



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Sententiae de septem septenis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

XIV. Inde ad solidos viginti duos & dimidium, ut si quis tributarium Romanum in pelagus impinxerit.

XV. Inde ad solidos viginti quinque, ut si quis servum ministerialem occiderit. Hæc compositio in duobus locis habetur.

XVI. Inde ad solidos triginta, ut si quis alterius ancillam furaverit. Hæc compositio triginta solidorum in viginti sex locis habetur.

XVII. Inde ad solidos triginta quinque, ut si quis servum alterius furaverit. Hæc compositio triginta quinque solidorum in viginti octo locis habetur.

XVIII. Inde ad solidos quadraginta quinque, ut si quis vvaranionem furaverit. Hæc compositio quadraginta quinque solidorum in triginta sex locis habetur.

XIX. Inde ad solidos quinquaginta, ut si quis Romanum in pelagus impinxerit.

XX. Inde ad solidos sexaginta duos & dimidium, ut si quis hominem percurre voluerit cum gladio, & cum non tetigerit. Hæc compositio sexaginta duorum solidorum cum dimidio in quadraginta locis habetur.

XXI. Inde ad solidos septuaginta, ut si quis servum aut ancillam ministerialem furaverit.

XXII. Inde ad solidos septuaginta quinque, ut si quis servum ministerialem in hoste occiderit.

XXIII. Inde ad solidos nonaginta,

ut si quis vvaranionem Regis furaverit. LXXX
Hæc compositio nonaginta solidorum in SALIGA, tribus locis habetur.

XIV. Inde ad solidos centum, ut si quis Romanum occiderit. Hæc compositio centum solidorum in viginti quatuor locis habetur.

XXV. Inde ad solidos centum octua ginta septem & dimidium, ut si quis mulierem striam vel meretricem clamaverit.

XXVI. Inde ad solidos ducentos, ut si quis hominem ingenuum occiderit. Hæc compositio ducentorum solidorum in septemdecim locis habetur.

XXVII. Inde ad solidos trecentos, ut si quis lidum alienum in hoste occiderit. Hæc compositio trecentorum solidorum in duobus locis habetur.

XXVIII. Inde ad solidos sexcentos, ut si quis hominem ingenuum in hoste occiderit. Hæc compositio sexcentorum solidorum in quatuordecim locis habetur.

XXIX. Inde ad solidos septingentos, ut si quis mulierem habentem in utero parvulum occiderit.

XXX. Inde ad solidos nongentos, ut si quis Romanum vel lidum in trute domenica occiderit.

XXXI. Inde ad solidos mille octingentos, ut si quis hominem in trute domenica occiderit & in puteum jaetaverit. Hæc compositio mille octingentorum solidorum in duobus locis habetur.

INCIPIVNT SENTENTIAE DE SEPTEM septenis, hoc sunt pariculas causas.

I. Si quis basilicam incenderit, solidis ducentis culpabilis judicetur. Titulo LVIII. cap. 1.

II. Si quis Francus Francum occiderit, solidis ducentis culpabilis judicetur. Tit. XLII. cap. 1.

III. Si quis villam alienam adfallierit, & ibidem oftia fregerit, & canes occiderit, & homines plagaverit, vel aliquid exinde in carro duxerit, solidis ducentis culpabilis judicetur. Tit. XVII. cap. 3.

IV. Si quis alicui herbas dederit bibere

unde moriatur, solidis ducentis culpabilis judicetur. Tit. XXI. cap. 1.

V. Si quis uxorem alienam tulerit vivo marito, solidis ducentis culpabilis judicetur. Tit. XIV. cap. 12.

VI. Si qui hominem mortuum effodierit & expoliaverit, solidis ducentis culpabilis judicetur. Tit. XVII. cap. 2.

VII. Si quis Francus Francum vendiderit, solidis ducentis culpabilis judicetur. Tit. XLII. cap. 4.

